



1. Drejeri f. Chr. / diff. de Conver-
sione Iudeorum, Regiomonti
1691.
2. Ecclestein / Gottlieb f. summi Drei
Magnatissimum, ex Gener. III.
v. 22. contra Iudeos, Wittenbergae
1685.
3. Edzardi f. Sebast. / diff. ex Philo-
logia Hebraica, Wittenbergae
1695.

DISPUTATIO THEOLOGICA ¹²
DE
AMBITIONE
OFFICII EC-
CLESIASTICI

Occasione Dicti Paulini I. Tim. III, I.

CONSCRIPTA,

QVAM

AUXILIANTE DEO TRIUNO,
CONSENTIENTE VENERANDORUM THEO-

LOGORUM ORDINE,

PRÆSIDE

SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO ATQUE
EXCELLENTISSIMO

DN. JOANNE FECHTIO,

S S. Theol. D. & P P. longe celeberrimo, Consistorii

Ducalis Assessore gravissimo, & Districtus Rostochiensis

Superintendentem meritissimo,

Dn. Patrono, Præceptore & in Christo Parente

eterno pietate colendo,

IN' ILLUSTRI ACADEMIA ROSTOCHIENSI

HORIS ET LOCO CONSUETIS

DIE II. OCTOBR. ANNO M DCC II.

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT

AUTOR

JOHANNES CHRISTIANUS
SCHAPER, Lucca-Lusatus,
SS THEOLOGIÆ CULTOR.

Recusa Anno 1715.

DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
AMBITIONE
OFFICII EC-
CLESIASTICI

OCCASIO D. P. JONI. I. TIT. III.

CONSCRIPTA.

CAV.

ANALYSTAE ANTERIORIBUS D. S. TRINIO.

CONSISTENTIAE ANTERIORIBUS THEO-

LOGORUM CONCERNENTIBUS.

REASIDEB.

SUMMÆ RELEVANTIORIBUS CONCERNENTIBUS.

DISCUSSIONIBUS.

DN. IONNE FECHIO.

SE. TIGEL. & P. B. JONI. SELEPENSIS. CONSILLIUS.

DOCENS ACADEMIA MUNICIPALIS DE DISPUTATIONE LOGICALE.

DISCUSSIONIBUS CONCERNENTIBUS.

DR. LUCAS. PROCESSIONES & IN CATHOLICO PATRICE.

DISCUSSIONIBUS CONCERNENTIBUS.

IN UNIVERSITATI ACADEMIA ROTTOCHIENSIS.

DISCUSSIONIBUS CONCERNENTIBUS.

DISCUSSIONIBUS CONCERNENTIBUS.

DISCUSSIONIBUS CONCERNENTIBUS.

DISCUSSIONIBUS CONCERNENTIBUS.

DISCUSSIONIBUS CONCERNENTIBUS.

JOHANNES CHRISIANUS.

SCHAEFER. FRANCISUS.

DISCUSSIONIBUS CONCERNENTIBUS.

DISCUSSIONIBUS CONCERNENTIBUS.

DISCUSSIONIBUS CONCERNENTIBUS.

DISCUSSIONIBUS CONCERNENTIBUS.

THEOLOGO SUMMO,

DOMINO JOHANNI FECHTIO, SS. Theologia Doctori
& Professori publico in alma Rostochiensium Academia ce-
leberrimo, Consistorii Ducalis Assessori gravissimo, & dice-
cessos Rostochiensis Superintendenti meritissimo,
Patri in CHRISTO venerando, & Patrono honoratissimo,
Gratiā & pacem à DOMINO !

Est quod gaudeam, Vir Summe-Reverende atque Ma-
gnifice, per Ornatisimum Virum Juvenem, DN. JOH.
CHRISTIANUM SCHAPERUM, venerandi Antistitis
inferioris Lusatiae filium, in patriæ & Parentum decora-
natum, occasionem mihi oblatam esse, & mem, qvo Te colo,
obsequium, & necessitudinem pariter, qva cum SCHAPERIS con-
junctus sum, palam exponendi. Indicavit enim ille, conscribi
a se met Dissertationem, Tuo sub præficio propediem eruditio-
rum examini subjiciendam. Lætitiam inde tuli singularem; cum
conatus isti argumento sint, pietatis, solertiæ, eruditionis atque
prudentiæ fructibus abundare Juvenem, quem puerum, ho-
rum semina in Ipsum sparsa cognoscens, amare cœpi. Unde &
hæc jani olim animo præcipiebam; qvippe qui & educationem
sollicitam, ab utroque adhibitam Parente, cognitam haberem &
Juvenem in ædibus Patrui, Consummatissimi Professoris Me-
dici, Domini D. JOH. ERNESTI SCHAPERI, Fautoris Opti-
mi, morum virtutumqve exemplis incitari non ignorarem.
Spem tamen hujus lætitiae potissimum ponebam in Tua, Vir-
Magnifice, Cui se formandum tradiderat, institutione, quam
Germania celebrat, exteri mirantur, orthodoxa exosculatur.
Ecclesia. Cum itaque gaudium hoc lege amicitia communе ha-
beam cum Amico veteri, fido, constanti, Summe-Reverendo
atque Amplissimo Domino, JOH. SAMUEL SCHAPERO,
Mar-

Marchionatus Lusatiae Inferioris Superintendente Generali, &
Consistorii Assessore meritissimo; hoc mihi quoque commune
sumam, concedas, rogo, ut Tibi, Summe Reverende in CHRI-
STO Parente, gratiam habeam Illiis nomine, quo cum nunquam
in gratiam redire mihi contigit. Non eo haec scribo animo, quasi
de gratitudine Optimi Parentis dubitem, quem officiorum me-
moriām incredibili & singulari exempli pietate servare scio;
Sed quod propius à Te absum, & alioquin Temet per literarum
commercia inter honores atque delicias reputem, insuper ex
mente Amici mei conjunctissimi memet agere confidam. Tu
reddes, Ille recipiet brevi Filium pium, morigerum, doctum, &
ad sacras in Ecclesia DEI operas quam optime præparatum.
Habebit uterque cur vehementer & perpetuo gaudeat. Di-
vīnum enim bonum est, probos gignere liberos, & literarum cul-
tura regenitos quasi Ecclesiæ ac Reipublicæ usibus commodisq;
tradere. Servet DEUS Vobis haec gaudia perpetua, nec non eo-
rundem incrementa, ex Doctissimi Domini RESPONDENTIS me-
ritis indies sucrentia largiatur, atque auspiciatissimum omen,
quod ex hac Ejus Dissertatione capimus, in Eum ita convertat,
ut citra ambitionem ad præconium Evangelii rite vocatus o-
mnēs sacri munēris partes exornet quam dignissime. Tibi ve-
ro, Vir Summe Reverende atque Magnifice, pro egregia ea,
quam Ecclesiæ & studiosæ juventuti navas, opera, Summum
Numen eam rependat felicitatem, valetudinem, longevitatem,
beatitudinem, quam plurimæ Ecclesiæ, plurimæ Respublicæ,
plurimi Parentes, plurimi discentes, plurimi obsequentes, quos
inter & ego, ex animo Tibi precantur. Vale in DOMINO! Scri-
bebam Lüneburgi d. XX. Septembris, A. R. S. M DCCII.

Magnifici atque Summe Reverendi Tui Nominis

cultor obsequiosissimus,

HENRICUS JONATHAN WERENBERGIUS,
SS. Theol. Licent. Superint. Luneburg.



IN NOMINE JESU CRUCIFIXI!

PRÆFATIO.

Vanquam officia ad Rempubl. ministrandam constituta ambire, si modo tantum fiat justo, nec divinis nec humanis legibus prohibeatur; summis tamen antiqua gens Romana ideo effertur laudibus, quod neminem nisi dignum muneri præposuerit, nec pretio vel precibus se corrumpi passa fuerit, sed plerumque invitatos ad officia traxerit: nec Neroni & Alexandro Severo, Imperatoribus Romanis, virtus vertitur, quod ille munera ambientium preces non exaudiverit, hic vero invitatos non ambientes ad dignitates produxerit. Et quoque negari nequit, Romanorum diligentiam, quam in eligendis Candidatis adhibuerunt, mereri, ut quam maximis laudibus evehatur; siquidem ea nihil aliud, nisi Reipubl. salus, quæ a dignitate Rempubl. bene ministrantium maximam partem dependet, quæ sita fuit. Interim tamen & id fieri stat talo, non peccari, si officia licite appetantur. Sed an æque Ecclesiastica, ad Civilia munera ambire liceat, non inutilis & injuncta est quæstio? Et tam S. Scripturæ effatum, quam Patrum exempla negativam nobis per vadere sententiam videntur. Summus enim Apostolus Paulus, nemo, inquit, sibi ipsi usurpat honorem, sed qui vocatur a DEO, quemadmodum & Aaron. Et quem fugit, Ambrosium Episcopum Mediolanensem, Aurelium Augustinum Hipponensium Antistitem, Johannem Chrysostomum Praefulem Constantinopolitanum, Patres antiquæ Ecclesiæ & prudentia & morum gravitate admodum insignes, pluresque alios spartam Ecclesiasticam sibi oblatam ex numero detrectasse, eamque non nisi invitatos in se suscepisse?

Hebr. V. 4.



pisce? Et ut unicum Pauliniani, Hieronymi fratis, exemplum ex multis referam, cum celebraretur, inquit Epiphanius,
Epistol. 60. a- collecta in Ecclesia villa, quæ est juxta monasterium nostrum, igno-
pud Hieron. rantem eum, nullam penitus habentem suspicionem, per multos Dia-
conos apprebendi iussimus, & teneri os ejus, ne forte se liberari cun-
piens, adjuraret nos per nomen Christi: & primum Diaconum
ordinavimus, proponentes ei timorem DEI & compellentes, ut mini-
straret. Valde quippe obnire batur, indignum se esse contestans. Vix
ergo compulimus eum, & persuadere posuimus testimonis Scriptura-
rum & propositione mandatorum DEI. Et cum ministraret in san-
ctis jaerificis, rursus eum, ingenti difficultate, tento ore ejus, or-
dinavimus presbyterum, & iudicem verbi, quibus antea spaseramus,
impulimus, ut sederer in ordine presbyterii. Hinc & Augustinus,
Multi, ait, ut Episcopatum suscipiant, tenentur inviti, perducuntur,
includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta, que nolum, donec
ets ad sit voluntas suscipendi operis boni. Fateamur tamen opos-
tet, varia illisque graviora restare argumenta, quæ pro contra-
ria & affirmativa pugnant sententia, ita ut supra motam qua-
tionem dignam, quæ paulo accuratius penitetur, haud im-
merito dixeris. Et cum itaque opera pretium sit, ut hocce
argumentum justa evolvatur diligentia; ego vero à Parente
meo venerando, aliisque, quos secundum post Parentes fili-
ali veneror cultu, studiorum meorum in hac Alma pe-
quinguentium, Lipsiarque per biennium pertractatorum, ra-
tionem reddere jubear, animum induxi, in hoc arguento
resolvendo meum periclitari ingenium. Totam autem rem
in duas sectiones dispescam. In priori locus Paulinus I. Tim.
III. 1. quem fundamenti loco suppono, explicabitur; In po-
steriori vero Theslis ipsa examinabitur. Cæterum ignoscet
L. B. si totam hanc disputationem rudi tantum minerva con-
scriptam cognoveris; temporis enim, quod haec contarcinavi,
angustia majorem huic opere impendere labore haud per-
mitit. Deus autem T. O. M. fons omnis Sapientie & verita-
tis, omnia in sui sanctissimi nominis gloriam cedant, jubeat.

SECTIO

SECTIO I. EXEGETICA DICTUM PAULI I. TIM. III. V. I. EXPLICANS



Um una & sola S. Scriptura rerum sa-
crarum domesticum & proprium prin-
cipium sit; ei vero nec traditionibus
opus fit; qvod Pontificii propu-
gnant, qvi in Concilio Trident. af-
seruerunt, una cum Scripturas & tra-
ditiones, tum ad fidem, tum ad mores
pertinentes, tanquam vel oretenus a Christo, vel a Spiritu
S. dictatas, & continua successione in Ecclesia Catholica con-
servatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipiendas &
venerandas esse; nec rationis auxilio indigeat, ut Cal-
viniani, qvanquam non verbis, ipsa tamen praxi do-
cent; nec sit, qvod ad verum S. Scripturæ sensum eru-
endum vel immediata inspiratio vel visiones & raptus
accedere debeant, sicut Quackeri aliique Fanaticorum
delirant, necesse est, ut id, qvicquid modo doceamus ac
propugnemus, uni, soli S. Scripturæ, tanquam unico,
vero fundamento & Principio superstruatur. Magno-
pere itaque & ego censui, de ambitione officii Ecclesi-
astici disserturus, ut quidam locus Scripturæ clarissi-
mus solidum ceu fundamentum toti operi meo sup-
poneretur, ne supra arenam ædificium exstruere vide-
rer: qva propter locum Pauli I. Tim. III. v. I. in quo
ille hac de re quam clarissime agit, non solum allegan-
dum, sed prius explicandum etiam esse, duxi, quam
opus ipsum aggrederer, ut eo citius, eoqve magis ve-
ritas assertionis meæ elucesceret. Ne vero te, L. B. justo
diutius detineam, me ad opus ipsum accingam.

Seff. IV. De-
cret de Cana-
ne Scripture.

SEGMENTA EXEGTICAE

S. II.

Placet autem locum, in quo de ambitione officii
Ecclastici Paulus differit, huc apponere, prout in
Textu Originali & Versionibus ipse legitur; ut eo mi-
nus de vero hujus loci sensu dubitari queat. Verba au-
tem in fonte ita fluunt.

Πιστὸς ὁ λόγος, οὗτος ἐπισκοπῆς ψεύτης, παλλαῖς ἔργα εἰ-
πιθυμεῖ :

Versio Latina ita sonat.

*Indubitate sermo, si quis Episcopi munus appetit, bone-
sum opus desiderat.*

LUTHERUS vero vertit :

*Dass ist ja gewißlich wahr, so jemand ein Bischoffs-
Ampf begehrret/ der begehrret ein kostlich Werk.*

S. III.

Priusquam vero operam meam eo conferam, ut
demonstretur, quis hujus loci Biblici verus sensus sit,
brevis memorabilium vocabulorum Textus ad eos
rum emphasis indicandam resolutio Grammatica in-
stituenda erit. Cotiverto itaq; primum me ad voces e-
nodandas, quae haec sunt : Πιστὸς ὁ λόγος, brevissimis tan-
tum moniturg, quid vocabula proprie significant, cum
eorum explicatio in omnibus fere Commentariis pro-
lixior extet. Significant autem haec duo vocabula ide,
ac si Paulus pluribus dixisset verbis. Sermo, quem ad
te, Timothee, jam facio, tanta gaudet certitudine, ut de
eius veritate nunquam dubitare queas; vel ut Ambro-

(b) Libr. de Dign. Sacerd. T. IV. p. 449. situs in h. l. commentatur : *De quo sum locuturus, vera est per loquor, ne quis existimat, me fuisse mentitum.* Vertit quidem h. l. Ambrosius modo laudatus, *humanus sermo;* quod vero ideo factum esse, Erasmus credit, cum ille pro πιστῷ legerit κερνῶς. Sunt quoque quidam codices,

qui

qui hīc, minus tamen recte habent, *in theōnōmōnō* & *λόγον*, *J. g. A.*
humanus sermo. Nos puro inhāremus fonti, sententiæ
Gerhardi, Baldini, aliorumq; Ecclesiaz nostrā Herouim
subscribentes, qui omnes docent, ita recte legi, ac Pan-
lum istis verbis, *πνεύμον* & *λόγον*, morem Spiritu Sancti se-
quutum, quippe qui, quando qvicqvid commemoratu-
dignum, vel supra fidem humanam positum propone-
ret, hac loquendi ratione semper iteretur, conf. Tim.
I. 15. II. Tim. II. 11. Tit. III. 8. Apoc. XXI, 5., fidem sibi
conciliare voluisse, ut nempe crederetur iis, quæ de
ambiendo Episcopatu diceret. Evidem hanc asseve-
rationem cum sententia præcedente de salute mulie-
rum per fidem ac per gignendos liberos, eosque recte
instruendos acquirenda conjungunt Chrysostomus,
Theophylactus, aliique, afferentes, hanc magis quām
illam, asseveratio egere. Sed Ambrosius, & cum illo
plures hanc loquendi formulam ad sermonem de epi-
scopati institutum pertinere contendunt, cum hæc
posterior Patili sententia, nisi illam priorem gravitate
superet, ejusdem tamē momenti sit, nedum quod hæc
asseveratio posteriorem præcedat, priorem autem se-
quatur sententiam, ita ut & ex ordinis natura conjectu
facile sit, Paulum illis verbis potius ad sententiam de
Ministerii ambitione quām ad priorem respexisse.

S. IV.

Jam unde vox *επίσκοπος* oriatur, & quæ ejus si-
gnificatio sit, videndum erit. De hujus autem vocis
etymologia inter se dissentient Doctores. Alii enim
vocem *επίσκοπον*, a quo vocabulo nomen Episcopus
habet, *ἀπό τις επίσκοπον* derivant, quod est idem, quod
inspicere, superintendere, curiose observare, & cum
sollicitudine rem aliquam speculari. Cui sententiæ

A 3

Aug-

Aug. L. 19. Augustinus, & Bernhardus patrocinantur, nec non Iſi-
c. 19. Bernh. dorus Pelusiota, qui scribit: *Episcopus ex ipso nomine per-*
Lib. 2. de con*spicuum habeat, quod speculari eum oporteat, atq. omni ex*
fid. ad Eugen. *c. 6. Lib. parte oculum esse, orna proſcientem neg, quicquam negli-*
I. Epift. 149. *gentem.* Alii vero ἀπὸ τῆς ἐπισκόπησθαι deducunt, quod
visitare significat. Et quanquam hæc posterior sen-
tentia nō adeo spernenda sit, siquidem ea vocabuli de-
rivatione ad aliquam muneris Episcopalis partem re-
ſpicitur, quæ in visitandis Ecclesiis Episcopi fidei com-
missis confitit; priori tamen calculum addere placet;
& quidem ideo, cum, si vox ἐπισκόπης ἀπὸ τῆς ἐπισκόπησθαι
deducatur, natura officii Episcopalis magis exprimi
videatur. Id enim sollicite videndo ac curando, ut
omnia decenter ac ordine in Ecclesia fiant, potissimum
absolvitur. Significat itaque proprie vox τῆς ἐπισκόπησθαι
officium, quod rem fidei creditam sollicite speculando,
eiq; providendo administratur ac impletur. Et ἐπισκό-
πησθαι latine idem est, ac Superintendentis, sive Superat-
tendens, vel, ut Ambrosio placet, Super-Inspector, &
Augustino, Superintendentor, Lutherò vero, speculator:
nec multum discriminis est inter nomen τῆς ἐπισκόπησθαι &
nomina ea, quibus olim Propheta V. T. insigniebatur,
Ezech. III. 17. modo πατέρων, Wächter/ modo πατέρων Seher salu-
c. XXXIII. 7. Amos VII. 12. tatus. Notandum autem hic bene est, quod sicut Gentili-
lum Dii apud Plutarchum & Homerum, nec nō homi-
mines, utpote Phidias apud Plutarchum, Magistratus
Atheniensium apud Aristophanem & Suidam, Romani
Præfetti apud Arcadium JCtum & adolescentes Athe-
nienses, quando peregrinationibus vacaverunt, ἐπισκό-
πησθαι quondam vocati fuerunt: Ita & nomine τῆς ἐπισκόπησθαι
h. l. nullum officium aliud, quam sacrum & ecclesiasti-
cum indigitetur; id quod consequentia textus lucu-
lenter

lenter probant. Nec silentio est prætereundum, officium illud hic non solum intelligi, quod inter cetera munera ecclesiastica eminet, quodq; hodie episcopale audit; sed Paulum qvoq; hoc nomine reliqua officia complecti, qvæ modò verbum prædicando divinum & Sacra menta juxta Domini institutionem adminis strando absolvuntur, qvocunq; nomine etiam illa veniunt. Nomina enim & tempore reprimitivæ Ecclesiæ paulo generalius, quam hodie, sumebantur, ita ut nomine Episcoporum Presbyteri etiam siue Pastores comprehendenderentur. Quidam hoc patet ex Act. XX. ubi v. 17. et qd. 28. Paulus alloquitur, eosdem autem v. 28. salutat, certissimo argu mēto, nullam plane differentiam inter Episcopum & Presbyterum esse, sed utrumq; pari passu ambulare. Nec minus pro hac sententia pugnat ipsum Caput III. L. Epist. ad Tim. cuius primordium jam explicamus. In eo enim Paulus Timotheum docet, qvomodo se qvisq; ordo ecclesiasticus gerere debeat; ne verbu lo autem qvidem presbyterii meminit; quem vero ali um in finem, quam ut clarissime probet, qvicq; id de Episcopis dixerit, id qvoq; ad Presbyteros pertinere, & Episcopum ac Presbyterum minime inter se differre. Bellarm. L. I. Conantur eqvidem Pontifici, qvorum Principes, Bel larminus & Marcus Antonius de Dominis, homo in constantissimus atque ideo à Dannhauero etiherum ten Wetterhahn vocatus, hanc sententiam valde in consideratam, ac intolerabilem impudentiam cum summa impietate conjunctam, dixerunt, grandi argumentorum numero evincere, illum utrumq; esse ordinem & jure divino esse distinctum, atque Episcopum ab ecclesiæ incunabulis Presbytero superiorem fuisse:

Verum

An. brata
oq; sigolog
ell. t. n. e. i.
st. q. b. n. o. r.
t. d. e. p. 2. 2.
m. n. v. l. 2.
t. v. o. a. 2.
l. M. c. p. II.
D. D. E. B. 2.
d. e. 2. 2. 2.
v. v. 2. 2. 2.
s. s. 2. 2. 2.
a. a. 2. 2. 2.
l. l. 2. 2. 2.
p. p. 2. 2. 2.
B. B. 2. 2. 2.
m. m. 2. 2. 2.
t. t. 2. 2. 2.
H. H. 2. 2. 2.

de Cleric. T.
a. p. 312. M. A.
de Dominis
Lib. II. de
Rep. Eccl. C.
3. 49. Danh. in
false Reform.

p. 101.

Verum quantum illa valeant argumenta, & quam le-
via sint, jamdudum nunquam satis laudanda demon-
Blond. in A-strarunt diligentia Blondellus, Rivetus, Melalinus, B.
pologia pro Ouenstedius, Zieglerus, alioque. Nec nostræ obes-
tentent, Hie-
ton, de Episc. sententiæ, quod Ignatius, Tertullianus, Chrysostomus
& Presbyt. & Hieronymus libero fateantur ore, inter Episco-
Riv. in sum. pum & Presbyterum, quam non multam, aliqua-
Controv. Tr. II. q. 22. Mess. lem tamen fuisse differentiam. Nam (1.) Patres lau-
in Diff. de E- dati ad sua tempora tantum reslexerunt, nulla habita-
pisc. & Presb. zvi Apostolorum ratione. (2.) non diffitentur ipsi,
coitt. Petav. Loijl, Qvenst. Episcopum dunitaxat successu temporis à Presbytero
in Antiq. Bibl. fuisse distinctum. Ita enim, *Sicut ergo*, inquit Hierony-
& Eccles. C. II mus, *Presbyteri sciunt, se ex ecclesiæ consuetudine ei, qui si-*
n. 4. Ziegl. in *Tract. de E- bi prepositus fuerit, esse subiectos: ita Episcopi noverint, se*
C. III. *magis consuetudine, quam dispositionis dominice veritate.*
Ign. in E- presbyteris esse maiores, & in commune debere ecclesiæ re-
pist. ad Smyr- geres. (3.) Addunt rationem, cur Episcopi temporis
nen. Tertul. lib. de Baptis. intervallo ante Presbyteros habitu fuerint, idq; factum
Chrys. Homil. esse ob vñazjā, quæ hoc modo optime conservatur, in
is. in l. Epist. Tim. 3. Hier. Epist. 83. ad gissime ab illa removenda. Hieronymus enim, quod
Evagr. possea, ait, *unus electus sit, qui carceris preponeretur, in scabis*
matis remedium factum est, ne unus quisque ad se trabens
Christi Ecclesiæ rumperet. Verum enim vero quod
Epiphanium attinet, Patrem ingentis eruditiois ac
inehaustæ industriæ, qui differentiam, quam inter E-
piscopum & Presbyterum esse, credit, prolixe contra
Aërium defendens, *Dicere, ait, ipsum Episcopum & Presby-
ter. q. 22. perum aequali esse, quomodo erit possibile?* Episcoporum e-
nim ordo Patrum generator est: Patres enim generat Ecclesias.
q. 22. Presbyterorum vero non potens generare Patres per
laicarum regenerationem generat filios Ecclesia, non tamen Pa-

tres aut Doc̄ores. Et quomodo possibile erat constituere non habentem manum impositionem ad elegendum, aut dicere ipsum equalem esse Episcopo? Decepit autem prae-
dictum Āerium nūgacitas ipsius & emulatio. Profert autem ad errorem suum, & eorum, qui ipsum audiunt, quod Aposto-
lus scribit Presbyteris & Diaconis. Et ad Episcopum dicit: Ne neglexaris donum, quod in te est, quod acceperisti per manus presbyterii. Et rursus in alio loco Episcopis & Diaconis scri-
bit. Quare est, inquit, idem Episcopus & Presbyter? Et non novit ille, qui consequentie veritatis ignorans est, & historias profundissimas non legit, quod cum recens esset predicator, sanctus Apostolus pro re nata, velut habebat, scripsit. Ubi enim Episcopi jam erant constituti, scripsit Episcopis & Dia-
conis. Non enim omnia statim potuerunt Apostoli constituere: Presbyteris enim opus erat & Diaconis, per hos enim duos ecclesiastica compleri possunt. Ubi vero non inventus est, quis dignus episcopatus, permanxit locus sine Episcopo. Ubi autem opus fuit, & erant digni episcopatu, constituti sunt Epis-
copi. Cum autem multitudo non esset, non inventi sunt inter ipsos, qui Presbyteri constituerentur, & contenti fuerunt solo Episcopo in loco constituto. Verum sine Diacono impos-
sibile est, esse Episcopum. Et curam adhibuit Sanctus Apo-
stolus, ut Diaconi essent Episcopo propter ministerium. Sic Ecclesia accepit complementa dispensationis, sic illo tempore erant loci. Nam singulares non ab initio omnia habuerunt, sed progressu temporis ea, que ad necessariorum perfectio-
nem requiruntur, parabantur. Respondemus (1.) Scri-
pturam S. Epiphanio autoritate longe antecellere. (2.)
hanc Āerii refutationem inter eas referendam esse, qvas Chemn. Orat
aliquando frigidiores esse, B. Chemnitius dixit, id quod de Lect. Patr.
explicatio hujus loci à Messalino instituta satis probat. 110. seqq.
(3.) Epiphanii autoritati autoritatem Patrum non mi-

nus præclarissimorum, utpote Chrysostomi, Hieronymi ac Theodoreti opponi posse, siquidem inter Episcopum & Presbyterum hi modo laudati Patres, aliquique, nullum prorsus tempore Apostolorum discrimen fuisse, erudite propugnant. Theodoreti autem quanquam Nestorianismi suspecti (quod autem Egid. Strauchius in Colleg. Hist. Eccl. MSS. falso de eo referri, putat)

Comment. in verba hic recensere operæ pretium erit, qui, Episcop. ad Philipp. p. 124. appellat Paulus Presbyteros. Namque enim nomen habebant illo tempore. Ex id nos etiam docet historia Actuum. Cum enim dixisset beatus Lucas, divinum apostolum Episcorum Presbyteros accessisse Miletum, ea etiam dicit, que iis dicta fuerunt. Attendite enim, inquit, vobis ipsis & universo gregi, in quo vos posuit Spiritus S. Episcopos pascare Ecclesiam Christi. Et eosdem nominavit Presbyteros & Episcopos. Ita etiam in Epistola ad beatum Titum: Ide reliqui Te Cretæ, ut constitutas per civitatem Presbyteros, ut ego tibi disposui. Et cum dixisset, quales esse oportet, eos, qui eripantur, subiunxit: Oportet enim Episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem. Quin etiam hic quoque hoc ostendit. Episcopis enim conjonxit Diaconos, cum de Presbyteris nullam fecisset mentionem. Alioquin nec fieri poterat, ut multi Episcopi essent unius civitatis Pastores. Quo sit, ut scilicet essent Presbyteri, quos nominavit Episcopos.

§. V.

Ut autem quoque vocem τὸ δέρμα paucis attingam, postulat ordō. Deducitur vero vocabulum illud à voce ἡγεμονία, quodidem est, quod porrigo, extendō. Augustinus hic vertit, desiderat. Alias significat etiam vox τὸ δέρμα, appetere, expetere, optare, querere, ultraque manu quid apprehendere, concupiscere. Sic enim græcus canit Poëta Homerus.

117
v. 98

Lib. 21. in
Odyss.

Ενθαύεται μέν τον πάστολον διανοετός
Αυτῷ γωνταί, οὐ δι περίστοι Φανεώς.

Hinc extensa à clavo accepit arcum

Cum ipsa pabarētra, quae ei adiacebat lucida.

Est itaque in proposito, Paulum illum laude mactare,
qui secum agit, deliberet, & sedulam operam navet, ut
muntus adipiscatur ecclesiasticum. Non probat au-
tem hic Apostolus enormem officii ambitionem, qvæ
nec DEO, nec ejus Ecclesiæ inservire intendit, sed id
tantum quærerit, quod carni peccaminosæ congruum
atque jucundum est, utpote *carni indulgere, pompatice
incedere, quæstui intendere, & delicijs otiori*, quod Ebertus
hodie episcopari esse, dixit, ideoque & execrandum in
Ecclesia est flagitium; sed illam laudat, quam haud infu-
catus ardor sanctissimi DEI gloriam ac incrementum
Ecclesiæ promovendi, gignit. Nihil enim, nisi quod
sanctum sanctus Apostolus Paulus approbare potest; ut
taceam, quod, Episcopum irreprehensibilem esse, in se-
quentibus requirat. Præterea Pauli tempore ac priori-
bus sequentibus seculis optare episcopatum, ut Clarii
verbis utar, *nihil omnino erat aliud, quam optare quotidie
millies pro Christo mori*; siquidem *tum temporis*, inquit
Grotius, *Presbyteri munus non tantum cum gravissimis
laboribus, sed & cum summis periculis erat conjunctum*, ideo,
*quod bi maxime, ut aliorum Magistri ad paucas raperen-
tur*, (id quod Sozomenus testatur, referens, sub Sa-
pore tantum ducentos & quinqvaginta Episcopos mar-
tyrio fuisse coronatos; nec non historia seculi III.
quippe quæ enarrat, omnes Romanos quoque, Epi-
scopos, excepto unico Sene Dionysio primo, marty-
res esse factos, ita ut *tum*, ait Magnificus D. D. FECHT, ^{in Coll. Hist.}
Præceptor ac Patronus meus æterna pietate colendus,

L. 2. c. 12.

^{Eccl. Sec. 3.}

^{§. 11.}

B 2

secundum

secundum antiquos etiam diei posset : Qui Episcopatum
desiderat, bonum opus desiderat, i. e. opus in oculis divinis
preciosum, quippe in gloriam DEI salutem hominum cum per-
eulo vita suscepimus) quod sane optare nec crimen est, nec ulla
religio prohibet. ut nulli multus, dum non si evp[er]it

S. VI.

Ego vocat Apostolus episcopatum, g[ra]m vox,
Epistol. 83. ad inquit Hieronymus, opus non dignitatem; laborem non
Ocean. T. II. delicias; opus, per quod humilitate Episcopus decessat, non
p. 373. intumescat fastigio, significat; vel, ut Augustinus hanc
vocem exposuit, rem bonam & honestum praelarumque
non censum aut imperium, sed officium denotat. Descen-
dit enim haec vox à vocabulo p[ro]f[es]sio, quod idem est, ac
Gen. II. 17. facio, vel ab ἐρα, ut sit quasi ἐραγον, quod primus labor,
quivero erat difficilis, ac sudorem propellebat, ab Ada-
mo terrae excolendae fuerit impensus. Cur autem mu-
nus episcopale vel presbyterium ἐρα Paulus appellat, in
aprico est, ut docent nempe, in episcopatu laborandum
& pro salute Ecclesiae indefesse vigilandum esse, mini-
me vero otiadum, ut Episcopi Romani vivere conve-
rerunt, quippe qui in otio plus sunt, quam in negotio;
id quod LUTHERUS Megalander suo quoque tempo-

Tom. II. re conquestus est, cum dixerit : Die Väbstische
Script. Göttingen
Bischöffe haben wohl Edler Formen, die weniger Mü-
p. 163. he kosten. Welche sind die? Nemlich nichts mis-
sen / ehelichen Standt meiden / und dafür so viel ges-
küstet / Hürlein haben / ein silbern Stab lassen nachtragen /
ein kostlichen Huth aufzusetzen / eine grosse Platte
haben / viele Städte und Land in Sprengel begreissen /
hübsche Hengste reiten / Fürsten Hösse halten / Offi-
ciales, das ist Deutschindern nehmen / die Seelen mit Bann
und Tyrannen morden / und daß ich es nicht vergesse /

den

den Schild an allen Dörfern mit Stäben und Erenzen
mahlen und hesten / köstliche Fingerreiss und Hand-
schuh tragen / die Stein und Holz in Kirchen mit Weihedi-
Wasser besprengen / die Kinder firmen / und die Gevatter
tern freundlich auf die Backen schlagen / so es anders
häbsche glatte Mecklin sind / doch ohne leichtfertigkeit / daß
nicht jedermann lache.

§. VII. *utitur autem*

Epitheron vero, quo vocem *τιμητικήν* Paulus exortat,
est illud notissimum vocabulum *τιμήσω*, qvod eunus
dem gignit sensum, ac si Paulus haec verba suum ad Ti-
motheum fecisset: honestum, præclarum, bonum &
coram DEO pretiosum opus desiderat, qui episcopa-
tum appetit; & admodum scite veritatis B. LUTHE-
RUS, der begehrst ein köstlich Werk. Utitur autem
Apostolus ideo hoc epitheto, tum, cum quam plurimæ
virtutes, quas infra recenset, & ex quibus est honestas,
in episcopatu, ut eruditus B. Balduinus in h. l. commen-
tatur, resplendeant; cum, quia, interprete Hieronymo,
in hoc ordine constitutus operosam virtutum exercendarum
occasione habet, divino cultui & honori, non suo, plebisq-
ue commisse rebus, non satis, consulendi.

§. VIII. *utitur autem*

Jam adhuc vox *περιθυμία* explicanda restat. Cum
autem circa illam nihil fere observari queat, nisi qvod
in expositione vocis *περιθυμία*, jam monitum sit; & præ-
terea me tempus festinare jubeat, nec actum agam, nec
dintius hic morabor, sed potius ad delineandum hujus
Dicti Paulini sensum literalem progrediar.

§. IX. *utitur autem*

Ut autem brevitat studeant, paucis illum tibi
L. B. exponam. Postquam vero Paulus Macedoniam,

B 5 petiturus

petiturus Act. XX, 1; Timotheum Ephesi reliquerat
I. Tim. I. 3. ut obstareret corruptelis doctrinæ sua, l. c.
ibique Ecclesiæ ministros constitueret; & ei officium
ipsius in memoriā revocaverat, de quo suo Apostola-
tu c. I. II. 12. de suo exemplo, quo docet, quæ summa
sit, & scopus Evangelii vñz. de precibus pro Magistratu
instituendis C. II. 1-7. & de ordine in Ecclesia servan-
do v. 8—15. egerat, munus commendare cœpit episco-
pale s. ecclesiasticum, idque admodum præclarum
deprædicare, ut quidam ad illud obeundum alliceren-
tur. Tum enim Ecclesia crudelitati hostium crucis
Christi erat ubique exposita; & ob horrenda Mini-
strorum, quibus in primis insidiæ struebantur, quos-
que tanquam duces gregum de medio tollere, religio
erat, martyria, vix inveniebantur, qui illud sibi impo-
ni patiebantur, ita ut haud frustra metueretur. (Sicut
hoc agnovit Athanasius, qui ad Dracontium episcopa-
tum fugientem, quod si omnes, inquit, eandem mentem
habuissent, qualem nunc habent, qui tibi in consilio sunt, quo
pacto Christianus factus esses? Quod si vero post nostra
tempora istiusmodi animos induant, quomodo potuerunt sta-
re Ecclesia?) ne aliquando Ecclesiæ Pastores deessent,
illaque tanquam grex Pastore destituta dissiparetur.
Ne autem quid ejusmodi Ecclesiæ obveniret, sed sem-
per quidam essent, qui hoc quanquam periculoso offi-
cio defungi gestirent, summa id veritatis esse, confir-
mat, quod, qui episcopatum ambiat, opus desideret co-
ram DEO præclarissimum, siquidem hoc modo DEO &
Ecclesiæ optime inserviatur, & maxima virtus sit,
Ecclesia afflita pericula reformidare nulla, nec ipsius
mortis, quæ tum capiti Ministri semper imminere sole-
at, ratione quidem habita, pastorale animose appetere.

Epistol. ad
Dracont.
P. 344.

mu-

munus. Omnia enim, qvæ ad delineandum hujus dicti
sensum literalem dixi, menti Apostoli exacte convenire,
multis quidem probari posset argumentis; cum vero me
in explicando hoc loco Paulino prolixum esse, mei insi-
tuti ratio prohibeat, sufficiet allegare. Gregorium nobis-
cum in omnibus consentientem; hic vero, non andum, in-
quit, quod illo in tempore hoc dicitur, quo quisq., qui plebibus
praerat, primus ad martyrium tormenta ducebatur. Tunc ergo
laudabile fuit episcopatum querere, quando per banc quenq; vam
dubium non erat ad supplicia graviora pervenire.

T.I.P.I.Past.
Curæ p.1233.

SECTIO II. DOGMATICA

THESIN IPSAM EXHIBENS.

§. I.

Absoluta Sectione priori Exegetica, ad alteram Do-
gmaticam devenio, in qua, quid de Ambitione of-
ficii Ecclesiasticis intendendum sit, succinctim quidem, di-
lucide tamen docebo. Verum, ut rem in pauca confe-
ram, positis ambagibus ipsum aggredior opus.

Quid Paulus de hujus officii ambitione suo tempo-
re senserit, ex loco ipsius adducto explicatoque equi-
dem cognovimus, satis ab illo edicti, opus fuisse tunc
temporis præclarissimum, officium ambire ecclesiasti-
cum: Sed an æque & hodie actum ille laudem mere-
atur, qui ad ejusmodi adspiret munus, dubitari posse,
videtur, cum facies ecclesiæ quam tempore Pauli ho-
dierno die multo lætior & jucundior sit, atque sic cum
infortuniis, ecclesiam olim graviter affligentibus juxta
primaria causa, ob quam hanc ambitionem Apostolus
tam magni duxit, expiraverit. Verum enim vero,
quam tot pericula ecclesiæ, gratiore ipsi DEO
pro-

Jer. XLVIII.

20.

II. Tit. 1. 6

prospiciente, non amplius imminēant, quæ qvehqvam
ab officio deterre re possent sacro; atque ideo non
amplius opus sit, ut pluribus episcopatus encumiis ad
hujusmodi obeundum qvis aliciatur & nihilominus
tamen & hodie munus Pastoris juste desideratur; siqvidem
ipse locus Paulinus satis luculenter arguit, certas
ob qvasdā circumstantias illud appeti posse. Er-
præterea tantum abest, ut ad virtutes, qvibus studen-
di præclarissimam episcopatum suppeditare ansam, su-
pra dixi, contendere prohibeatur, ut ad eas grassari
magna autoritate sacra lex jubeat. Qvas vero ob cir-
cumstantias functio ministerii legitimate desiderari que-
at, jam exponam.

§. I III.

Officium vero ecclesiasticum appetere potest
Studiosus. Apostolo enim in loco a nobis supra ex-
posito non solum de iis tantum sermo est, qvi sese
indefesso sacrarum literarum studio, adejusmodi mu-
nus gerendum aptos reddiderunt, sed & eorum for-
titudinem laudans, qvi, qvibusvis cruciatibus contem-
nis, episcopatum ambiunt, qvod supra jam dictum est,
clarissime nos doceat, non qvamlibet officii ambitionem
prohiberi, sed qvasdā esse causas, ob qvas ministeri-
um haud inique appeti possit. Inter illas vero & hæc
referri debet, qvod studiosus, nisi ipse munus ambiat,
cum ille plerumque occasione adhuc destitutus sit, se-
donis à DEO gratiose sibi concessis nobilitandi, in oc-
culto jacere soleat, ita ut nec Magistratus, penes qvem
jus vocandi est, nec Ecclesia, qvæ Pastore indigeret, qvic-
quam de ipso noverint. Necesse enim est, ut vocan-
dus vocanti notus sit, siqvidem DEUS neminem hodie
amplius immediate vocat, neqve vocanti revelat, hic
vel

vel illic qvenquam dignum latere, qvi ecclesiæ ad pa-
scendam illam præficiatur; qvapropter necessario, nisi
studia sua vacua esse velit, ipse vero aconiti vocetur,
munus Pastoris Studiosus ambire tenetur, sic enim me
docuit Præceptor meus æternum venerandus Magni-
ficus & Maxime Reverendus DN. D. FECHT.
Præterea qvilibet talentum suum à DEO sibi credi-
tum fœnerare jubetur. Et non sufficit, data occasi-
one eo negotiari atqve lucrari, sed & reqviritur, ut is
ansam qværat, cujus fidei ejusmodi talentum a DEO
est commissum, illud fœnoridandi: aliás enim est reus
peccati omissionis, qvod & sua natura mortiferum est; Jer.XLVIII.
& opus habet, ut sibi metuat, ne dona divina in ipso re-
condita propter otium inexcusabile sibi auferantur,
alteriqve concredantur. Ex qvibus vero omnibus luce
clarior elucescit, cum extra controversiam positum sit,
DEUM Spiritum Sanctissimum potissima dona mini-
strantia Studio Theologiæ tanquam suo organo electo
largiri, & illi eo laborandum esse, ut donum DEI sibi
concessum suscitetur, illudqve emolumento qvam pri-
mum cedat ecclesiæ; imprimis vero, qvando ipse jam
expertus sit, frustra sperari, sibi otioso munus Pastorale
oblatum iri. Et præstatne, ut qvis ætate florente ac
viribus robustis officium ambiat ecclesiasticum, hoc
qve pacto ad promovendum ecclesiæ incrementum
atqve labores gravissimos sustinendos adhuc potens sit,
qvam ut diuturna expectatione ac otio irrevocabile
consumat tempus, & ob senectutem decrepitam vel pa-
rum vel prorsus nihil ecclesiæ inservire valeat? Qvam
ob rem firmo stat tali hæc sententia, melius esse, Stu-
diosum appetere officium, qvam illum frustanea vo-
cationis expestandæ spe falli, neminiqve prodesse.

C

S. IV.

Coll. Past. C.
II. §. 4. n. 2.
Matth. XXV.
24. seqq. Luc.
XIX. 13. seqq.

10.

II. Tim. I. 6

sq. hs. 2. folio 309 v. 1751. §. n. IV. ib. πανταναπολιτεια
Necesse autem est, ut Studiosus, quem ad officium suspirare posse, diximus, literis ac studiis sufficientibus & muneri, quod ambit, convenientibus sit instructus. Quippe Paulus Verbi divini Ministrum docibilem esse postulat, i. e. ut se ipsum Apostolus explicat, potens esse debet exhortari per doctrinam sanam & contra de dign. fa- dicentes convincere; vel ut Ambrosius in h. l. commen- s. T. IV. p. 449. 450. tatur, debet sic polle sapientia, ut non solum creditum sibi populum sufficienter doceat, verum etiam, ut cunctarum queat heresim contradictiones à Catholicis repellere ecclesia, ne sua imperitia imperitos minime doceat, & bujusmodi casu preventus evenias illi, quod scriptum est: Cœco cœcum ducatum præbens, ambo in soveam cadunt. Qui vero tam se, ut diximus, esse ignorat, sacerdotium minime apparet, nec locum alecrus usurpare præsumat, præterim illius, qui fulgore sua sapientie populorum potest corda lustrare. Officium enim, quod ejusmodi appetit, magnum & arduum est, ideoque nec proletaria, sed solida rerum sacrarum notitia requiritur. Qapropter, priusquam Studiosus spartam Doctoris ambire animo constituat, sui officii est, ut opus ad vires exigat, atque inquirat, quid ipsius humeri valeant, quid ferre recusent. Cum vero ob φιλαυτιαν nobis connatam nosmet ipsos adulari soleamus, atque ideo potius viribus confidamus nostris, quam de iis desperemus, non ipsi in hisce acquiescendum est, sed, ne se ipsum fallat, explorationi Viri cuiusdam gravis ac eruditus se sua sponte, quod Excellentissimus Theologus Dn. Praeses ac Patronus meus usque ad ultimum vitæ meæ halitum honorandus, i. c. salutariter consulit, offerre debet, ut de viribus suis eo certior reddatur. Et si ejusmodi exa- mine

mine instituto, dignus deprehensus est, qui ecclesiam
doceat, tum demum merito ac salva conscientia Studi-
osus se ministerio adjungi, desiderat.

S. V.

Nou autem scida, ut officium sacrum legitime de-
sideretur, solum sufficit eruditio; sed & Candidatum,
fama vite inculpatæ excellere oportet; namque hoc ca-
talogus virtutum Ministrum decentium à Paulo descri-
ptus dilucide satis comprobatur. Oportet, inquit,
Apostolus, Episcopum irreprohibilem esse, vigilans,
sobrium, modestum, hospitalem, non violentum, non per-
cussorem, non turpiter lucricipidum, sed egrum, alienum &
pugnus, alienum ab avaritia. Titum quoque, inculpa-
tum ut constituat Presbyterum, idem Apostolus jubet.
Et sicut multum interest, ut is, qui jam ecclesiæ docen-
dæ præest, irreprehensibilis sit: ita non minus refert
ut & hic, qui animum ad ministerium adponat, sit in-
tegritate ac innocentia. Hic enim æque ac ille, cum
infamia flagrat, plus ecclesiam destruit, quam ædificat.
Id quod experientia satis edocemur. Hinc quoque
Chrysostomus, Pater eloquentissimus, qui sibi, inquit,
vel levis culpa conscius est, male profecto facit, eam rem appe-
tens, quæ indignum se per opera fecit. Non enim decet bujus-
modi regere, sed potius regi. Bum quippe, qui regendos alios
suscepit, tantæ decet gloria virtutis excellere, ut instar solæ
cæteros veluti stellarum igniculos in suo fulgore obscureat.
Debet bujusmodi vitam babere immaculatam æque composi-
tam, ut omnes in illum & in ejus vitam velut in exemplar
aliquid excellens intueantur. Et in constitutione eccl.
Saxon: apud Dedekenum hæc leguntur verba: Wels
chen man zum Pfarr-Herrn oder Prediger nehmen
will / soll auch eines chrbahren / redlichen und außfrich-

v.e.e.

T.I.I.6.

vol.I.P.I.p.

681.

eigen Wandels seyn / und wo er ehelich / ohne Aerger-
niß der ganzen Gemeine / und den Zuhörern zum guten
Exempel mit den Seinen Christlich haushalten / und
derowegen / wo er frembd / und anderswoher erforderet
würde / soll er seines vorigen Wandels und Verhaltens
beständige / unverdächtige Zeugnisse / entweder von sei-
nen Präceptoribus oder Obrigkeit / oder Collegis, bey
denen Er bisher gelebet / für zu legen haben / und in die-
sen allen soll in der Wahl nichts hinterlassen werden.
Et relatu dignum est, Concilium Valentiniū Primum,
ne illos quidem, qui, ut munus ecclesiasticum decli-
narent, se flagitiis ac criminibus inquinatos dixerunt,
ad hocce officium evehi, voluisse. Quæritur autem
mierito, quid illi faciendum sit, qui famam suam crimi-
ne qvodaī grandi ac notorio commaculavit, & an ille
unquam ad ministerium adspirare queat? Ad quod
vero respondendum est, talem seria ac quotidiana pœ-
nitentia cuiilibet spem facere debere certissimam, se-
viribus omnibus eo niti, ut magis ac magis vita ipsius
antea pessime transacta emendetur, & suo exemplo
alios veram pietatem doceat, eumque his factis omni-
bus, non minus aliis functionem Pastoris appetere
posse. Sic enim ille removet scandalum, qvod alias
continuo creasset Ecclesiæ, si neglecta pœnitentia
in officium sese ingerere conatus fuisset, qvodque
ipsi unice obstatisset, ne, nisi conscientiæ suæ noram
cauterio voluisse inurere, hujusmodi munus unquam
ambire potuisset. Deinde & exemplum Pauli alio-
rumque antea sceleratorum postea autem religiosissi-
morum pro hac sententia pugnat, Nam Paulus quidem
blasphemus & persecutor & violentus fuit, magnus
tamen

tamen evasit Apostolus. Et cum Pastores nihil nisi
sacra tractent, diu atque noctu indefessa manu sacra
pervolvant Biblia, vitia taxent, virtutes e contra com-
mendent, praefractis peccatoribus terrorem anathe-
mate legis incuriant, pœnitentes evangelio erigant,
hocque pacto optimam Peccatorum suorum quoniam
perpetratorum pœnitentiam quotidie agendi ansam-
nanciscantur, quomodo ejusmodi sibi ruelius consu-
lere potest, quam si vel petit modellis, vel aliis
mediis legitimis sibi munus Pastorale acquirat? Si-
quidem eo aures ipsi vellicantur, ut in memoriam
semper revocet, quid egerit, opusque jam esse, a
sonno exergisci, & imposterum tanquam in die
composita ambulare. *Nos* enim, scriptit Athanasius Rom. XIII. ii.
ad Dracontium, *cos*, qui ita creta sunt dispensatores my. 13. Epistol. ad
steriorum, reciuis secundum scopum se se incitasse ad brabesc.
um superne vocationis.

s. VI.

Requiritur quoque, ut Candidatus sit adultæ ætatis.
Quanquam enim Paulus per νέοντον illum proprie, qui
a falsa religione nuper ad veram transit, l.c. intelligat,
recte tamen illud asseritur, quia iudice Magnif. Dn. Prae-
side meo, *juventus contemptu plerumque exposita est*, per
quem ministerii fructus impeditur. Determinari tamen
non potest, quia ætate ad ministerium aspirari queat,
cum Timotheus ipse juvenis episcopatu functus sit,
nec Paulus, inquiens, *Episcopum oportet esse μὲν νέοντον*,
adolescentiam prorsus ab hoc munere excluserit. *Nihil*
enim, si illam significare voluisse, ait Cl. Espencæus, pro-
bibebat dicere, non adolescentem aut non natu juniores,
sed nec Timotheus, ac ne ipse quidem Paulus annos multos

Comment.
in h. I.

nat, ille episcopatum, hic apostolatum adepti sunt. Hinc
nec in Episcopo at acem magnopere aut scrupulosè requisivit; i
Fide modo antiquus sit, vita senex, sensu carus & venera-
bilis: Senectute liceat non diurna, nec annorum numero
computata. Quapropter adolescens Studiosus optime
conscientia sua consultit, cum judicio virorum pru-
dentia & eruditione clarissimorum relinquit, quando
eiusmodi gravissimum & difficillimum officium am-
bitre debeat.

S. VII.

Officium quoque Ecclesiastis & is juste appetit,
qui nihil sub eo, nisi gloriam Altissimi atque incremen-
tum Ecclesiae querit. Quid enim Paulum adduxit, ut
I. c. Sacrae functionis ambitionem tam magni habuerit?
Nonne fuit gloriandi DEUM & Ecclesiam ædifican-
di sub illa latens studium? Quicquid enim ibi ad Ti-
motheum erudiendum scripsit, id Ecclesiae incrementi,
quod gloriam DEI tanquam comitem inseparabilem
secum dicit, promovendi ergo docuit. Et Eccle-
siam quasvis prima sua ætate passam fuisse injurias,
& imprimis sanguinolentos Christi hostes ejus Pasto-
res ad martyria rapuisse, ideoque Apostolum munus
Doctoris, quum illud obire quivis veritus fuerit, sum-
mis exexisse laudibus, ut quosdam modò alliceret, bo-
num opus illud in se suscipere, jam retuli; ita ut id quoq;
luculento fatus sit arguento, Paulum ministerii am-
bitionem ob ecclesiam tantum ampliandam commen-
dasse. Ovem autem latet, omnes actiones nostras in
DEI gloriam ultimum tanquam earum finem quocun-
que tempore dirigi debere; nosque ceu Christi regni ci-
ves Ecclesiae pro viribus inferire teneri? Quapro-
pter

pter eum nunquam criminis postulabis, qui operam suam Ecclesiæ locat, ut ea DEI autem benedictione, illa incrementum capiat: Et facile inde etiam conjicies, me non diffiteri, scilicet grande esse, istiusmodi sortem desiderare honoris acquirendi causa; ad quem plurimi, proh dolor! Candidatorum, & gloria Dei & Ecclesiæ emolumento nefarie posthabitis, contendunt, quemque quamprimum studio Theologico operam dare incipiunt, studiorum suorum unicum finem eligunt, prout id gemitus restatus est. Theologus incomparabilis nunc er ayios Magnif. D. D. Carpzovius, cuius verba, quanquam prolixa hic recensere, opera pretium erit. Ita autem ille Heros: Es ist leider nicht gnügsam zu beklagen, daß die meisten unter denen Studiosis Theologizæ keine andere intention und Absehen bey Ihrem studiren haben, wird auch denen wenigstens anders von ihren Eltern in der Kindheit eingebildet, welche wenn sie es vermischen mit ihrem Sohne gar sehr guth zu machen, und zum Studio Theologico anzufrischen, ihm das hohe Ansehen vorstellen, das etwa die Doctorates Theologizæ für andern haben, Ihm ein honosabel Ampt verheissen, darinnen er bey grossen Ehren in guter Einnahme sitzen würde: Von Gottes Ehre und derselben Besförderung, von der Herrlichkeit des ewigen Lebens, darzu er sich und andere Erbauen sollte, ist alles stille. Dahero geschieht es hernach, daß wenn die Gemüther also eingenommen seyn, alles zu diesen nur gerichtet wird, man sucht denen Eltern durch erlangte promotion eine Freude zu machen, und geendet, es fahrt nicht anders seyn, man muß ein Doctor, ein Professor, ein Superintendent werden, und gebraus

In denklichen
und Trost-
Sprüchen
P. I. p. 1284.

gebrauchet darzu allerley Mittel / ob man durch Schen-
kungen / Heyrathen / Gasterhen / und andere Gele-
genheit / damit man sich bey denen Patronen insinuiert /
hierzu gelangen moege : geschiehet es nicht / so wird
man traurig / und gedencket / man habe sein Studiren
übel angewendet / sattelt auch wohl gar umb / und
greifet zu einem andern studio, in welchen man mei-
net hoch hinan / oder doch in ein solch Amt zu kommen /
darin man sich und die Seinen versorge. Hat man a-
ber diesen Zweck erreicht / kan man doch nicht ruhen /
sondern sucht immerfort höher und höher zu steigen /
oder an einen andern Orth zu kommen / da es mehr
Einnahme giebt / und macht aus Kirchen-Diensten nur
einen Dredelmarkt und Gewerbe / welches eines der
grösten Mengel ist / so Gottseelige Herzen mit vielen
Seuffzen in der Kirchen geändert wünschen. Super-
biam enim DEUM qvam maxime abominari, S. Script.

Prov. III, 24 ubique testis est. Et si peccata peccatis cumulat, qvi ejus-
modi detestandum scelus sacri officii ambitione obte-
gere nititur. Qvam ob rem Hieronymus etiam non
immerito qvævis infortunia tali ambitioso minatus est,
cum qvi episcopatum, inquit, desiderat, bonum opus desiderat,
non dignitatem, si autem respecto opere solam asperceris digni-
tatem, cito corruit turris in Siloa, & excelsa cedri fulmine se-
riuntur. & erecta cervix frangitur, & cygnus extento collo, & in
sublime se tendens, etiam inter immundas volucres computa-
tur. Nec minus peccat, qui ob quæstum sibi comparan-
dum aliaque id genus provinciam Pastoris ambit.
Ministerium enim ambiens, sine avaritia, Apostolo ju-
bente v. 3. ut Hieronymus vertit, esse debet, & talis,
ut Origenis verbis utar, qvi Episcopatum desiderat, ut
gloriam

gloriam apud homines consequatur, vel bonum affectationem capet, vel questum ab iis accipiat, qui sermonem sedis amplectentes pietatis causa dant, bonum opus non desiderat, neq; potest esse irreprobabilis, neq; sobrius, neq; prudens, ut pote qui gloria (ego huic vitio & avaritiam addo) ebrius sit, & intemperanter illis fuerit ingurgitatus.

§. VIII.

Deinde etiam functio Ministerii legitime desideratur, si illam adipiscendi justa adhibentur media. Nam cum Paulus nos docuerit, ejusmodi munus ambire, si modo id ob finem justum fiat, virtutem esse præclarissimam; & juxta, Candidatus ut irreproachable sit, requisiverit, quod autem idem est, ac *ane. Gerh. in h. I.* mine ob gravius aliquod crimen juste posse reprobandi, vel ut Lyra vertit, *integra fame*, & nullo notabili defecture prebensioni obnoxium esse, facile exinde colligitur, neminem nisi per ostium in Christi ovile intrare debere. Hinc ante omnia Candidatum, nisi suam laedere famam, & *ix. Ann. 10.* quod autem hic Apostolus severissime prohibet, esse velit, nec Magistratum vel illum, cui Jus vocandi est, corrumpere auro sive largitionibus aliis, nec hoc Sanctum emere officium decet. Quam nefaria enim ejusmodi emptio sit, ne inanissimum prudentiae quidem fugit, quam detestabilis vero in oculis Sanctissimi, quamque perniciosa, testis Petrus est, qui, cum Simon Magus ipsi pecunias offerret, ut dona Spiritus Sancti miraculosa, quibus Apostoli excellebant, sibi concederentur, pecunia, inquit, tecum sit in perditionem, quoniam donum DEI existimasti pecunias parari. Non est tibi pars, neq; fors in ratione hæc: Cor enim tuum non est rectum coram DEO. Et quangquam, *T. IV. Libr. de Dignit. Secund. p. 45.* ait Ambrosius, oculis carnalibus videatur, quasi Episcopus

D

magnus

magnus (loquitur Pater venerandus de eo, qui sibi argento munus Episcopale comparavit) divinis tamen ob usibus inspicitur leprosus magnus. Per pecuniam acquisivit indebuntus ordinem, & Deum perdidit in interiori homine. Caro sua fecit dignitatem, & anima perdidit honestatem. Caro ancilla domina est facta anima, & anima, quae erat domina, facta est famula carni. Caro dominatur populus, & anima servit demoni. Carnis sacerdotium comparavit, & anima detrimentum paravit. Et quid prodest bujusmodi homini, si etiam mundum lucretur, & anima sua detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Quod dedit, cum ordinaretur Episcopus, aurum fuit. Cum aliam ordinaret, quod accipit, pecunia fuit, & quod dedit, leprofuit. Hec sunt mercimonia iniqvorum in perniciem eorum. Qvam ob causam qvoque, cum verissimum sit, qvod cecinit Virgilius,

Lib. III. AE
ac id. v. 37.

qvid non mortalia pectora cogit

Auris rafames? & officii ecclesiastici dignitate ad illud ambiendum, quanquam id multo acquirendum sit sumtu, semper ta-

men quidam allicantur, id quod probat exemplum Ariehod. in persecut. Arian. script. p. 222. ac emissi refert; nec non Ministri Ecclesie ob numerosos numeratos duntaxat electi, gregi sua plerumque magis ad solit. vit. agentes script. p. 312.

nocere qvam prodesse soleant, leges & Imperatores &

aliquot Pontifices cordati tulerunt, quibus omnis Pasto-
ratus nundinatio prohibetur, iisq; qui sanctam & vene-

randam Antistititis sedem pecunie interuenit subierunt, & re-

motionis ex ordine Clericorum, & in famae damnantur.

Ino easdem leges Concilia quoq; qvædam, qvæ Casparius Zieglerus Jctus supra landem meam positus, recen-
ser, promulgarunt. Et memorabile est, qvemvis ordi-

nandum

nandum in Ecclesia Carnotensi jurare oportuisse, se provinciam suam, qva defuncturus foret, non pecunia emisse. Juramentum hoc his verbis conceptum resert Joh.
Baptist. Souchetus: *Ego N. canonizandus in Ecclesia Carno-* ad Iyonis
tensi juro super istas sanctas reliquias, quod pro ipsa prebenda Canotens.
cujus investituram expecto, non dedi, nec promisi, nec aliis pro Epistol. 43.
me dedit, aut promisit, me sciente, aurum vel argentum, vel pecu-
niam aliquam, vel aliud, quod per pecuniam aliquam debeat
aut valeat comparari, & si promissum fuerit, per me non solvere-
tur. Cui consuetudini plane similem in ecclesiis sui Dur-
carus haud ita pridem quoque introduxit Serenissimus
Dux Holsatiae FRIDERICUS III. glorioissimæ memo-
riæ, qui in nupero prælio infelici contra Serenissimum
Regem Poloniae dimicans, occubuit, siqvidem ille lauda-
tus Princeps, quemlibet ordinandum jure jurando testa-
ri jussit, se sibi munus suum vel auro vel largitionibus ali-
is minime comparasse.

§. IX.

Nec minus integratem suam à Paulo saepissime commendatam sibiq; plane necessariam servat Candidatus, si officium sacrum non conditione ducentæ in matrimonium cuiusdam personæ sibi acquirit, nec aliud quippiam illiciti, tanquam medium, ad id obtinendum, adhibet. Nam (1.) & is Simoniae exsecrabilis arguendus est, qvi pro parochia potiunda officium aliquod in temporibus rebus præstat, Canonistæ enim Simoniam ex muni- l. c. p. 94.
nere dato vel promiso estimant, munus istud, inquit Zieglerus, triplex faciunt, & hinc triplicem etiam Simoniam. Aliud munus eis dicitur esse à manu, aliud à lingua, aliud ab obsequiis sub munere à manu, intelligi volunt pecuniam, & sub hac omnes rest temporales pretio estimabiles, etiam remissionem debiti. Sub

*munere à lingua comprehendunt laudem, uituperium alterius
competitoris, patrocinium advocati, intercessionem & com-
mendationem apud Principem, si tali promissa aut petita fue-
rint: sub munere ab obsequio contineri dicunt, si ministerium
aliquid in rebus temporalibus prestetur.* Qvomodo vero
Candidatus Patrono officium gratius acceptiusqve præ-
stare posset, qvam si ejus ancillam mulierem vel puer-
lam indotatam ipsiqve cognatam ducit? hinc ille merito
criminis Simoniae arguitur. (2.) Nec minus peccat,
qvi per aliud qvicqvam Sanctitati Sanctissimi Numi-
nis adversum sese in officium ingerere nititur. Eo-
rum enim damnatio, judice Paulo, justa est, qvi ajunt,
*Rom. III. 8. Faciamus mala, ut veniant bona. Non reprehendo
autem, cum officium Pastoris non conditione ducendæ
alicujus personæ in matrimonium, acquirendum esse,
dixerim, morem nonnullarum Ecclesiarum, utpote
Mecklenburgensium, Pomeraniarum aliarumqve infe-
rioris Saxoniæ, quæ plerumque Pastores saltē rura-
les sub conditione ducendi Pastoris defuncti viduam
vel filiam vocant. Castigo enim tantum illos, qui,
ubi imprimis hic mos non invaluit, per matrimoniū
qvod cum persona Patrono dilecta inire pollicen-
tur, animos superiorum præparare student, ut cœ-
teris Candidatis tantum præferantur, & ejusmodi
potiantur officio, quiq; magis amore parochiæ
qvam virginis vel viduæ ducendarum illas matrimo-
nio secum jungunt. Laudo potius illarum ecclesia-
rum consuetudinem, ad aleandas Pastorum defuncto-
rum vel viduas vel filias à Superioribus introductam,
& huc usque conservatam, qvamq; quam plurimi The-
ologorum Doctissimorum pientissimorumq; pro-
bant,*

bant, & contra tela cōtra sententium fortiter defen-
dunt.

§. X.

Ut autem & justa media, qvibus modo honores
Pastorales, nisi Candidatus Paulo aduersus esse, jubēti
in loco à nobis adducto, ut talis ecclesia Pastor eligatur,
qui sic virtute conspicuus sit, ut nec à se, nec ab alio de ullo
vitio reprehendere possit, nec in probrum & laqueum calumnia-
eoris incidere velit, peti possunt, paucis attingam, tem-
pus monet. Ambit autem legitime officium Candida-
tus, si (1) publice tum disputando, tum concionando se
dignum probat, qui ecclesiæ ad docendam illam præ-
ponatur, hocque pacto se nobilitat. Nam hoc non men-
ti Apostoli solum congruum est, utpote qvi Ministerum
eligi voluit, inquit Gerhardus, non neophyrum, sed multo
tempore prius probatum, sed & hæc diligentia est ad-
modum laudabilis, atqve cuilibet persuadet, illum ad
ecclesiam regendam idoneum esse, qvod esse necessa-
rium, supra dixi. Imo hæc luculenter satis testatur,
Studiose nec otio totum suæ vitæ tempus consumen-
di, nec sese vi in officium ingerendi, animum esse, qvod
utrumque flagitium est. (2) eo adlaborat, ut inculpata
virtus officiisque piis Patronis se commendet, atqve eos si-
bi obstringat, ut eo magis illis ipsius promoto curæ sit.
Quippe innocentia studere, Christiani est, nec minus
proximo pro viribus inservire, qvod utrumque & A-
postolus à futuro Ministro reqvirit. Deinde nec finis
horum bonorum opérum est culpandus, si modo eo-
rum non unicus & primarius sit, atqve sic Candidatus
ab abominabili hypocrisi immunis. Hodie enim, vo-
catione immediata deficiente, DEUS per homines vo-
cat, & officium sacrum appeti posse, iam supra dictum

Espenc. l. c.

v. 6.

in Comment.
in h. l.

v. 2.

est. (3.) munus ejusmodi modestis sibi expedit precibus, hisqve factis, providentia Altissimi fretus, acquisit. Non opus autem hic esse, persvasis sum, ut pluribus evincatur argumentis, & licitum esse, officium ecclesiasticum precibus exposcere; siqvidem jam comprobavi, Studiosum Theologiae Apostolo minime contrariari, si se ad munus sacram administrandum offerat, qvod autem absqve supplicibus verbis fieri nequit: quam ob rem illud tantum addo, Esaiam Evangelistam V. T. se DEO sua sponte obtulisse, atqve desiderasse, ut ad ejus verbum praedicandum mitteretur; & ineptos nonnunquam, teste Basilio, constitui Pastores, cum idonei & pii se non offerant. Officium autem illud non s̄epe iteratis precibus extorquendum esse, eam ob causam dixi, cum se in officium ingenerere, qvcunque modo & illud fiat, voluntati summi Numinis adversum sit. Denn ein Bischofs-Amt begehren / inquit Theologus de tota Ecclesia Christi meritissimus B. D. Mart. Chemnitius, heisset nicht / daß sich einer ohne ordentlichen Beruff ins Amt dringen sollte / sondern wenn einer der Lehre gründlichen berichtet ist / und ziemliche Gaben hat zu lehren / wenn derselbige seinen Dienst anbeut / der sucht dadurch nichts anders / denn daß der liebe GOT durch ordentlichen Beruff erklären wolle / ob Er seines Dienstes zu dem Ampte in der Kirchen brauchen wolle / und soll derselbige auch also gesinnet seyn / wo auf das anbieten der ordentliche Beruff nicht folget / daß Er sich selbst nicht eindringe oder practiceire / sondern mit dem David sage: wird er sprechen: ich habe nicht Lust zu dir / siehe hic bin ich / Er māchs mit mir / wie es ihm wohl gefält.

Et

apud Dede-
ken. V. I. P. I.
p. 685.

Ef. VI. 8.

Epist. X.

Et Theologus pientissimus jam s^ep^e laudatus B. D. Loc. Theol.
Joh. Gerhardus, qui eccl^sia, ait, suam operam offert, li- T. VI. §. 16.
berum de s^e se alio permittere debet iudicium, nec occultis ar- p. m. 19²
sibus & illegitimis modis s^e se ingerat, sed vocationem ordina-
riam & legitimam expectet, ne desiderium mutetur in cur-
sum, nec rō bzḡysdaj, qvod commendat Apostolus, degene-
ret in rōbzḡysdaj, quod damnat Propheta Jeremias c. XXII. 21,
nec honesta munera p^onitio in famelicam & in boneſtam ambitio-
nem desinat.

§. XI.

Posthac & juste functioni ministerii impetranda opera datur, si legitimam illius ambitionem temporis ratio expostularat. Id enim luce clarius ex textu Paulino elucescit. Nam nonne crebræ Christianorum persecutioⁿes, eorum gravissimi cruciatus & martyria, nec non fere metuenda totius eccl^siae ex stirpacio Paulum commovebant, ut id summae veritatis esse, assereret, qvod, qui episcopatum ambiat, bonum opus desideret? Ut autem qvasdam tantum huius argumenti species brevissimis recenseam, officium appeti posse, statuo, si primo facies eccl^siae vel ob persecutioⁿes vel ob pestem aliaq^e id genus infortunia sit turbida ac tristis, cumq^e ob ejusmodi pericula qvivis fere officium illud detretet. Hanc enim & arrogantia & avaritia vacuam ent^{er} uuln^{er} I. c. Paulus potissimum commendat, eamque præclarissimum dicit opus. Ne vero, cum hac de re prolixius supra actum fuerit, actum agam, B. L. ad Sect. I. §. 5. & 7. remitto.

§. XII.

Deinde qvoq^e ambitionem ministerii nomine præclarissimi operis dignam esse, censeo, quando eccl^sia Patria egeat Pastore, ejusque munus derelictum, ut patriæ

ut patriæ suæ operam & studium navet, qvis appetat.
Nam cum Apostolus tale desiderium, qvod non alterius,
sed ecclesiæ tantum commodum qværit, sacro poti-
undi officio, minime reprehendat, qvippe qui illud poti-
us l.c. anxie commendat, qvis dubitat, eum summam
mereri laudem, qui amore in patriam inductus, ejusmo-
di desideret provinciam? Præterea ad inserviendum
Patriæ & lex naturæ nos obligat; ideoqve indecorum
est, illi nostram denegare operam; qvapropter etiam
in Ran. Act.
V. Scen. 4. Aristophanes inquit,

Μίσω πολίτην, ὃς τῆς ὀφελεῖν πάτερα
Βραδὺς πέφυκε, μάλα δεύτερον ταχὺς
Καὶ πόριμον αὐτῷ, τῇ πόλει δὲ ἀμηχανόν.

*Civem hunc ego odi, qui in servanda patria
Fit tardus, in ledenda eadem fit celer,
Sat commodus sibi, civitati incommodus.*

Constat vero, Theologiae Candidatum patriam suam,
non magis officiis demererri posse, quam si dona à
DEO sibi concredita patriæ ecclesiæ consecrat, iisque
eius incrementum promovere admittitur. Qvis itaq;
criminis illum postulabit, qvi, suam ut patriam juver,
ecclesiasticum ambit officium.

S. XIII.

Porro nec minus illa justa est, cum Candidatus
prius certior est factus, qvam decrevit, ejusmodi ar-
duam appetere spartam, plurimos in ecclesia esse, qvi
ipsum sincero prosequantur amore, ipsumqve sibi Pa-
storem exoptent, jus autem illum eligendi solum pe-
nies Magistratum est, ut in patria mea atqve aliis locis
alli vicinioribus hæc consuetudo invaluit, cœteris duo-
bus

bus statibus Ecclesiastico ac Oeconomico, sponte de suo
jure cedentibus. Qvicquid enim is summo studio inda-
gare debebat, quem Paulus suo tempore ad suscipi-
endum in se alliciebat ministerium, id (puto autem
incrementum ecclesiæ) ejusmodi sua sponte se offert.
Nam talis amor non temere respuendus est, sed tan-
quam quædam vocatio divina magni haberi debet;
siqvidem ille quemvis prosperrimum ministerii suc-
cessum certo promittit. *Quando enim*, ait D. Christ. ^{in Tract. Ju-}
^{ris Patronal.}
Weberus, *plebi desideratus Pastor datur, illi (Pastori)* §. no. 9.
cuncta humanitatis officia sponte obambulant, que alias mul-
taprece ac pretensione vix extorquet.

§. XIV.

Posthæc nec criminis ille reus est, qui Virorum
qvorundam prudentia ac pietate conspicuorum svasu
Pastoris ambit officium. Nam, cum in ejusmodi
Viros suspicio non cadat, de iis præsumitur, quod
ipſi, officiū illius stupenda gravitate Ezech. XXXIII. 7.
descripta, accurate perpensa, ante in Candidati stu-
dia ac vitam studiose inquisiverint, quam illi consu-
luerint, ut ejusmodi gravissimum appeteret officium,
qvodque talem dignum judicent, qui Apostoli consilio,
illud bonum opus desideret, callentes, eum maxime
Apostolo obseqvi, qui sedulam navet operam, ut &
ipsius sudore magis magisque Ecclesiæ incrementum,
quod Apostoli adhortationis unicum fuisse finem,
ſæpenumero dixi, augeatur; illum vero, qui, qvan-
quam ejusmodi virtutibus ac donis sit instructus, ut
magis plurimis aliis gregem Christi pascere posset,
otiosus tamen sedeat, in DEUM gravissime peccare.
Et non erravero, si, tritum illud proverbium: *Con-*

E

filium

filium Amici vox DEI, dixero, hic quoque locum habere.

§. XV.

Φιλαυτίας quoque vel arrogantiae & is incusari nequit, qui, illi ecclesiae ut præficiatur, se ipsum offert, cui Candidatos heterodoxia superioribus prorsus, minime vero ipsi incognita, vel ob studia conjuncta, vel ob familiaritatem cum illis contractam, alisque vitiis Pastoris nomine indignis suspectos præsentari, certe novit. Eiusmodi enim (1) ecclesiam præsenti eripere studet periculo; quod Paulus l. c. potissimum commendat, quodque præclarissimum esse opus, prædicat. (2.) ansam Magistratui præbet conscientiam suam illibatam servandi, quam alias ipse inquinasset, si ejusmodi homines constituisset Pastores; nedum quod ille desiderio tantum Ecclesiam ampliandi commotus, tale munus ambiat, quod utrumque pium ac justum est.

§. XVI.

Ut autem brevitati studeam, hoc tantum prioribus addo, & officium legitime desiderari, si illud non adeo laboriosum sit, & Candidatus corpore non satis vegeto, ita ut graviori muneris ob suum corpus debile prorsus imparsit, nec eo defungi valeat. Tantum enim abest, ut id nostro contrarietur Apostolo, ut ejus menti optimè conveniat, cum studium DEO & Ecclesiae inserviendi qvemlibet sibi habere velit, commendatissimum. Et præstat quoque, qvenquam suo talento à DEO sibi credito, qvanquam non decem, duo tamen alia lucrari, quam istud perpetuo otio plane abscondere. Deinde ejusmodi langvidus suam conscientiam hac officii ambitione reddit tranquillam, si hæc forte ipsi antea

antea objecerit, ipsum esse iunctio terræ pondus; nec non suum animum ad Ecclesiam ministrandam paratissimum omnibus probat, ita ut non amplius sit, quod ipse vereatur, ne & alii eum negligentiae destabilis arguant.

s. XVII.

Hactenus Studio lictum esse, ecclesiasticum desiderare officium, paucis comprobavi. Jam an quoque Pastores, qui jam Ecclesiam ministrant, aliud alias Ecclesiæ Pastorale munus appetere queant, circumspiciam. Et quanquam ejusmodi, nisi ob rationes gravissimas ecclesiæ suas relinqueret, atque ampliora ambire munera nequeant: iis tamen non omni ambitione interdicitur, prout id consiliis saluberrimis Virorum Doctissimorum ac ipsa experientia quotidiana edocemur. Quando autem & quomodo Pastores operam navare queant, ut ipsorum curæ alias Ecclesiæ concredantur, paucis quoque dicturus sum. Appetit autem Pastor aliud in alia Ecclesia legitime officium, cum I., se in illa quam in sua Ecclesia majora & præclariora officia DEO præstare valere, novit. Quippe (i.) dubitari nequit, eos etiam, qui cœtu fidelium jam præerant, alterum Episcopatum, qui ceteris vel ob majorem hostium saevitiam periculosior, ac ideo à nemine fere desiderabatur, vel qui ob populi multitudinem cum pluribus coniunctus molestus, eamque ob causam gravior erat, ambire, Apostolum voluisse. Nam cum pauci admodum tunc temporis eruditio & notitia rerum Theologicarum excellerent, plurimi vero vix elementorum veritatis divinæ gnari essent, necessitas id saepè expostulare

E 2

vide-

videbatur, ut Minister ex minori Ecclesia in alteram
majorem migraret, qvia ipsi tanquam exercitato non
ita difficile erat, ejusmodi amplissimæ præesse Ecclesiæ,
qمام illi fuisset, qui non tanta præditus erat scientia,
si hocce gravissimum munus ipsi fuisset impositum.

Syst. L. de (2.) Cum DELIS, inquit B. Brochmandus, huius quinque
Minist. Eccl. illi duo, isti unum talenta committat & concedat, Mathe.
Tom. H. C. III. Caf. XV. 14. seqq. in DEUM peccaret, qui quinq. datus talentis
Consc. VIII. plus non lucraretur illo, cui non nisi duo talenta divinitus
p.m. 970. obligissent. Mathe. XXV. 20. Occasionem autem lucrandi a-
nimas sibi præscinderet, qui maximis & plurimis donis di-
atus, nollet, cum posset, numerosori cœtui operam suam
locare, & in eo quod amplius ad regnum DEI adducere.
(3.) ejusmodi ambitio ab omnibus Theologis nostris

approbatur, ac summis evehitur laudibus. (H.) Qvando in cœtu hereticis misto vivit, & ob eorum insidias
ipsi structas quotidie, ut vereatur, opus habet, ne ab
illis extingvatur; & præterea per ejus abitum nihil
damni vel periculi accersitur Ecclesiæ. Nam (1.)
plus ecclesiæ expedit, si superstes est, qvia sic & im-
posterum, jubente id Apostolo, lumen & quasi stel-
la esse potest, in quem omnes intendentem lucem
accipiant, inque rectam viam ducantur, qمام si in-
tumulo putridus quiescit. Qvis enim in sepulchro

Psalm. VI. 6, serviet domino? (2.) cum quilibet sui proximus sit,
ac ille morte sua Ecclesiæ non profit, & Jure naturæ
vitæ suæ rationem habere tenetur. (3.) Dum dis-
cere cogitur, nec quicquam incrementi ecclesiæ ex
sanguine ejus, si ille profunderetur, accedit, à crimine
immunis est, cujus alioquin illi, qui citra omnem
necessi-

necessitatem ex altera ecclesia in alteram migrant,
haud immerito postulantur. III. Si potior pars au-
ditorum, vel cuiusdam hominis nefarii instinctu, vel
crebris ejus elenchis graviter commota eum irrecon-
ciliabili persequuntur odio, atque ideo Pastor animad-
vertit, se paucos admodum in Ecclesia sua, qvanciam
omnem operam impendat, lucrari posse. Ipsius enim
(1.) officium est, ut gloria Altissimi & incrementum
ecclesiae, quantum per ipsum unquam fieri potest,
promoveantur, id quod à Ministro Paulus nostro in
dicto requirit. (2.) Spes ipsi relicta est, fore, ut alibi
ministerii sui successus felicior sit, quam qui hactenus
suam in ecclesiam redundavit. (3.) Ejusmodi ambiti. A&t.XVIII.6.
onem justam esse, clarissimum Pauli exemplum probat,
quippe qui Judæos ob eorum præfractam repugnantiam
deserebat, seqve ad gentiles convertebat. Et fa-
cili negotio hisce plura superaddere possem, qvæ por-
ro comprobarent, Pastores etiam suarum ecclesiae
rum ministerio renuntiare, aliaque officia ambire
posse, si modo id temporis ratio permitteret. Qva-
propter binis quoque tantum verbis moneo, iis non
minus ac Studiofis, omnes illicitas artes, qvibus ad
alterius ministerii functionem pervenire possent, an-
gue ac cane pejus fugiendas esse.

§. XVIII.

Cum itaque sole clarius sit meridiano, munera
ecclesiastica æque hodie ac tempore Apostolorum
ambire, licere; illi valde errant, qui tam teneræ
sunt conscientiæ, ita ut metuant, ne in DEUM, si
functionibus operam darent ecclesiasticis, graviter

E 3 peccent,

peccant, qviqve illius servi pigri similes talentum-
suum abscondere malunt, qvam illo lucrari, suamque
ecclesiæ offerre operam ; cujus autem erroris grā-
vissimi justissimo judici rationem aliquando sunt red-
dituri. Verum enim vero nec quis opinari debet, ac
si Paulus, nosque cum illo iis patrocinaremur, qvi
sollitius justo iui presentationem ambiunt, vel cursitant,
ut ait Weberus, si forte audiant, qvempiam de Pastori-
bus decumbere, atque ad Presentatores se qvam citissime
Juri Patro- recipiunt, rescriptumque cum rubra cera per anxtie affe-
natus. p. 98. etant, & magno largitionum ore, seu saltem promissionum
biatu impestant : Qvo sicut in omnem eventum mori-
atur agescens parochus, sibimet successio in Parochiam
assigetur. Qui impetus dictu & factu in honestus est, ac
macula sanctum nostrum ministerium Lutheranum denigrans
& deformans. Paulus enim ejusmodi præproperam-
ambitionem, ac arrogantiæ & avaritiæ explenda-
rum ergo factam l. c. non intelligit, nedum, qvod
illam commendet. Qvippe qvi pietatem, impi-
mis in verbi Ministro, esse qvæstum non vult ; sed
modestam, justo tempore institutam, nihil nisi glo-
riam DEI & emolumentum ecclesiæ qværentem, lau-
dibus effert. Quam ob rem qvoqve merito biga il-
la Excellentissimorum Theologorum Rostochiensi-
um B. D. D. JOH. QVISTORPIUS. Magnifici ac
Summe Reverendi D. D. JOH. NICOLAI QVI-
STORPII, Theologi in hac Alma celeberrimi Pa-
tronii, Præceptoris mei colendissimi, Parens post fata
ad hoc venerandus, & B. D. D. HENR. MULLE-
RUS, aliiqve hanc perversam Candidatorum officia in-
vaden.

Tract. Ro-
tund. Canon
Juri Patro-
natus. p. 98.

Pia Desid. n.
16. p. 119.

vadendi consuetudinem sufflaminari, gemebundi desiderarunt. Ita autem illorum prior: quum olim, invit, Episcopi praeterea Christianis ad mortem & mille discrimina propter Christi nomen raperentur, essentque episcopatus, neque honoribus illustres, neque opibus splendidis, sed laboribus & curis molesti, nulla erat in ecclesia dignaturum ambitio. Postquam autem reddita pax est ecclesiis, & opes una cum dignitatibus creverunt, quod olim recusabatur oblatum, jam ulterius filiis hujus seculi contra omnes canones, non ambitur modo, sed invaditur. Dum Paulus 1. Tim. III. 1. scribit: Si quis episcopatum desiderat, praeclarum opus desiderat, resipicit difficultatem hujus munieris in primitiva ecclesia, ubi erat episcopatus proximus ad martyrium gradus. Quare quoque Gregorius Nazianzenus vix potuit persuaderi, ut Patri succederet, in ecclesia Nazianzena. Et Megalander Lutherus: Ich wolte keine lievere Bothschafft hören / als die / so mich von Predigant absaget.

§. XIX.

Et haec sunt, B. L. quae consarcinare temporis brevitas mihi permisit. Lineas tantum duxi, quas aliquando, si DEUS vitam concederit, complectoran admittar. Ceterum παραπλάνα condonabis, quae forte ob temporis breve spatium huic levissimo operi irrepserunt. DEO autem T.O.M. cui studia mea in nomine ipsius copta porro commendabo, sit

Laus & Gloria.

Ad

Præclare doctnm DN. RESP. SCHAPERUM.

Cura* PATRIS, SCHAPERE, Tui, patriæque
celebris

Optima* spes, curas laudo proboque Tuas,
Et rem, quam curas* avida spe, gratulor omnem.
Ne pariat curas spes ea blanda, precor.

* Scaperus:

Cura, spes;

Spe curas.

L M Q.

A. D. HABICHHORST, D.

Nobilissimo & Preclarissimo DNO SCHAPERO.

Disputationis hujus Auctori ut vero & unico,
ita solertissimo doctissimoqve,

S. P. P.

UT in Academia nostra, quamdiu ejus orna-
mentum fuisti, Optime SCHAPERE, & indefe-
sam in comparanda solida sacrorum scientia
industriam & in exigenda ad Divinas huma-
nasque leges vitae Tuæ innocentia pietatem, non mihi
tantum sed & reliquis hujus scholæ Doctoribus perpetuo
probasti; ita utramq; hanc virtutem in præsenti Disputa-
tione, tanq; in speculo quodam, clarissime expressisti.
Nam & eruditio Tua, per pulcerrimam Apostolici Texto
exege-

exegesin ad doctrinæ illustris se usi commendatis non
perfunditoriam tractationem diffusa, & Divini Nu-
minis timor in argumendo, qvod ab hujus seculi ho-
minibus in fœdum facile abusum trahitur, recte pie-
que excutiendo, ita in eadem radiat, ut ubique Tibi
appareas similis. Hanc tibi laudem, ex quo ab Am-
plissimo PARENTE Tuo & à PATRUE, JO.
ERNESTO SCHAPERO, Medicinæ Prof. & Ar-
chiatro dudum celebratissimo, alterius Tibi Patris
instar repræsentante, meæ cumprimis fidei com-
missus es, ut Tibi tribuerem, semper necesse habui.
Nunquam à primo ad nos accessu Tuo vel per ho-
ram fuisti otiosus, nunquam DEI reverentiam, ubi
ad studia Te accinxisti, depositisti ex animo, ut
lumine Spiritus Sancti, Te in verbo suo informantis,
implereris, ejus lucem quotidie devote implorasti.
Amavi Te impensissime ob hanc animi Tui, inditam
Tibi à DEO, bonitatem, simulqve benedictionem.
Divinam, uberrime in Te, studiaque Tua, defluen-
tem, cum summa voluptate deprehendi. In illis
præcipue Scholis meis, in qvibus perpetuo exami-
ne universam Theologiam expono, qvæ in sacris
jeceris fundamenta, qyam Tibi nexam suis vincu-
lis per universum Theologiæ, ut ita loqvar, cam-
pum notiam acquisiveris, non ego tantum, sed &
commitentes Tui oculis suis viderunt. In Bibli-
otheca mea libros volvens, veteres, recentiores;
in auditoriis privatis publicisque mox audiens,
mox disputans, ad aliorum exemplum, sine ulla-
unquam remissione, fuisti conspectus. Nec ignotæ
mihi

mihi sunt ex familiariori Tecum conversatione, cæteræ dotes Tuæ, quibus Ecclesiam aliquando & orbem eruditum eximie exornabis. Nihil igitur superest, quam ut patriæ Tuæ, ut PARENTI, SUMMO PATRIARUM ECCLESiarum PRÆSULLI, deque iisdem præclarissime merito, ut PATRUO, vitæ pariter meæ & aliorum mortalium conservatori felicissimo, hunc ortus ex se & educationis suæ fructum ex animo gratuler, Deumque precer, ut ea, qvæ in Te contulit, dona ad illuſtrandam nominis sui gloriam & Ecclesiæ per Te ædificandæ salutem, propitio ipsius nutu explicitentur. Vale. Scr. in musæo, die XIX. Sept. M DCC II.

DISPUTATIONIS PRÆSES.

Viro Maxime Reverendo, atq; Amplissimo
DN. JOHANNIS SAMUELIS CHAPERO,
Theologo celeberrimo, Ecclesiarum Marchionatus
Lusatia Inferioris Superintendenti Generali, & Consisto-
rii ejusdem Provinciæ Assessori gravissimo, nec non Pasto-
ri Lubenæ Primario Vigilantissimoque, Committoni
olim in Academia Gryphiswaldensi, post in Athene
næ Patrio, suo Conjunctissimo, hodie in
Christo Fratri Colendissimo,

S. P. D.

JO-

JOANNES NICOLAUS QVISTORPIUS,
Th. D. P.P. ad Div. Nicol. Pastor. R. Mini-
sterii Rostoch. DIRECTOR. hodie &
Facult. Theol. Decanus.

Gratissimum supremi Numinis esse donum,
VENERANDE PRÆSUL, habere Filium sum-
mæ spei, pium, morigerum, eruditum, &
modestum, pacis & concordiae amantem,
nullus probe pensitans hoc ambiget. O felices Paren-
tes, quibus hæc à DEO voluptas contigit! Ut vero Te,
AMICORUM OPTIME, inter eos non ex ultimis sed vere
primis numerem, facit Filius Tuus Primogenitus ju-
cundissimus, Author præsentis Disputationis haud
personatus, & Respondens paratissimus. Per inte-
grum qvinqvennium novi huncce gnatum tuum,
vidi inter auditores meos eum assiduum, audivi di-
ctum privatim & publice conferentem, ac in Cathe-
dra Theologica, Me Præside, omnium cum applausu
disputantem; Imo toti Civitati nostræ dona ejus con-
cionandi singularia innotuerunt, ut Rev. nostr. Pres-
byterio laudatum inter suos Candidatos numerare
haud difficile fuerit. Paucis, vixit ita, ut neminem
læderet, à nemine etiam læsus, quia abs omnibus
ob virtutes egregias amatus est plurimum. Coluit
DEUM religiose, amavit proximum sincere. Stu-
diosè veneratus est, audiuitque Professores, incu-
buit

buit studiis indefesse. Te igitur felicem propterea
prædico, atque ex toto pectore Tibi de tam bene-
nato, bene informato, bene educato Filio, Paterna-
rum virtutum æmulo felicissimo, gratulor. Nullusque dubito, qvin mox Filiis hicce tuus erudi-
tus, integer vitæ scelerisque purus, habiturus sit.
Patronos Clementissimos, Gratiolissimosqve, qui
commendatum propediem ad stationem virtutibus
ipsius convenientem promoturi. Servet Te DEUS
fazitque ut & in hoc Filio, & in reliqua tua sobole.
Nobilissima, cum Uxore Svavissima & maxime Pia,
gaudia capias infinita. Vale.



Properabam Rostochi
die 2. Octobris,
Anno 1702.

00 A 6321





3

Sl.

Fl. 82

102





DISPUTATIO THEOLOGICA¹²
DE
**AMBITIONE
OFFICII EC-
CLESIASTICI**

Occasione Dicti Paulini I. Tim. III, I.
CONSCRIPTA,

QVAM
AUXILIANTE DEO TRIUNO,
CONSENTIENTE VENERANDORUM THEO-
LOGORUM ORDINE,

PRÆSIDE

SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO ATQVE
EXCELLENTISSIMO

DN. JOANNE FECHTIO,

S S. Theol. D. & P P. longe celeberrimo, Consistorii
Ducalis Assessore gravissimo, & Districtus Rostochiensis

Superintendentem meritissimo,

Dn. Patrono, Præceptore & in Christo Parente
æterna pietate colendo,

IN ILLUSTRI ACADEMIA ROSTOCHIENSI

HORIS ET LOCO CONSUETIS

DIE II. OCTOBR. ANNO M DCC II.
PUCЛИCÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT

AUTOR

**JOHANNES CHRISTIANUS
SCHAPER, Lucca-Lusatus,
SS THEOLOGIÆ CULTOR.**

Recusa Anno 1715.

